

III. fol. 224. Incipit liber *laſtancij de ira dei ad donatum*. Ita: *Animaduerti ſepe donate plurimos &c.* Diuiſus eſt in XXIII. *Capitula*, quae tamen Editioni *ſuprac.* T. II. p. 127. non reſpondent. *Caput* 18. ab his verbis edit. p. 167. *Miſerum te, inquit — Sed quantum potuerunt graviffime &c.* hiat, omiſſorumque loco irrepſit, ut cenſeo, e margine: *De factio iſtius archite quod hic tangitur Valerius libro quarto fere in fine libri dicit Valerius quod cum longo tempore cauſa ſcientie acquirende abſuiſſet et reuerſus in patriam rura corrupta et perſita negligentia ſerui comperiffet dixit ſeruo ſumpſiſſem inquit de te ſupplicium niſi iratus eſſem maluit enim inſpunitum dimittere quam propter iram iuſto grauius punire.* Quod utique non *Laſtantii*, ſed cuiuſdam Commentatoris eſt. Paulo poſt minor hiatus eſt inter verba: *ut nequam ſeruus iratum — dum iis quos odio habent &c.* Sub Libri finem *Verſus Graeci*, quos adfert Autor, corrupte literis latinis columnatim exarati ſunt reſpondente ex aduerſo traduſtione latina.

IV. fol. 236. Incipit liber *firmiani qui eciam laſtancij de opificio dei uel formatione hominis*. Pariter in *Capitula XVI.* diſtributus, et integer; incipit enim: *Quam minime ſum quietus &c.* et finit: *ad iter celeſte direxerit*, ut Edit. cit. T. II. p. 71. nec lacunis laborat.

V. fol. 247. p. 2. Sequitur *Grecum diuerſorum autorum in premiſſis libris inſtitutionum diuinarum uoluntate (ignorantia?) ſcri-*

ptoris obmiſſum cum ſuis interpretationibus. Haec et ſequentia ad *Laſtantium Παρεργα* induſtriae *Haſelbachii* debentur, cuius manus adlatum Titulum inſcripſit. Una igitur columna Voces graecae ſingulae literis maiuſculis graecis depictae ſunt, altera ſignificationes latinae adiaciuntur. Multa in his mendoſa, et frequenter Librarium characteres graecos pingere piguit; latinis potius uſus eſt.

VI. fol. 260. Codicem terminat Index alphabeticus *Rerum in Libris Inſtitutionum diuinarum* contentarum, quem ſatis gnaviter factum iterum *Haſelbachii* manus inſcripſit: *Tabula Laſtantij*. Pertinet a v. *Ablutio* ad v. *Zenon*.

Fronti Codicis, neſcio cur, ſolertiſſimus *Seb. Tengnagelius* noſter olim Alphabetum, Orationem *Dom.* Salutationem *Angel.* et Canticum *Magnificat* graece adſcripſit.

CCLXXIX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 397 XV. Folior. 64. f. eleganter exaratus, auroque et coloribus illuſtratus exhibet *L. Caecil. Firm. Laſtantii Librum de Ira Dei*, qui hic *Octavus* dicitur, nempe, ſi illum VII. *Libris Diuin. Inſtitutionum* accenſeas. Praeit Index *Capp. XXV.* ſed per decurſum non niſi XXIV. numerantur *Capite ult.* in duo diuiſo, ut plures Codices habent. Textus, ut jam ſaepe utroque *Vol.* dixi, incipit: *Animaduerti ſaepe Donate plurimos id exiſtimare &c.* mendis non caret, Cap.

Cap. 18. lacunam habet, Librario in margine monente: *Multum deest*; sunt vero 6. circiter lineae a verbis: *Miserum te inquit*, ad verba: *sed quantum potuerit grauissime*; in graecis denique, quae sub finem occurrunt, quorumque interpretatio cubat in margine, non pauca corrupta sunt. Ad calcem hujus Libri continuo

Fol. 33. Incipiunt Capitula libri Firmiani lactantij de opificio dei uel formatione hominis. Censentur XXI. cujus rationem mox reddam. Initium, ut alias: *Quam minime sum (sim) quietus etiam (et in) summis necessitatibus &c.* Caput 3. nobis incipit: *Unde ego philosophorum &c.* quae in Edit. Paris. 1748. T. II. p. 76. reuocantur ad C. 2. usque ad verba: *Queruntur hominem nimis imbecillum.* C. 19. post verba: *quo uitam posset adipisci*, insertus est nobis spurius ille Locus, quem Editores Paris. p. 123. in *Notis* referunt, quique nobis a verbis: *Ante omnia diuersitatem uoluit esse &c.* Caput 20. constituit inscriptum: *Cur deus dedit spiritum temptatorem*; unde necessario Capita XXI. conficiuntur. Ad calcem inuenies: *Bntpnkxs df Crkxstlks dfk grbtbb scrkpskt bxnc lbrxm dkf XII kbnoxbrkk 1433.* et observato artificio leges: *Antonius de Crivellis dei gratia scripsit hunc librum die XII. Januarii.* Adpicta fronti Insignia Regni Castellae haberi possent, nisi Castelli Porta rubra, area vero caerulea foret.

CCLXXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 1670
Folior. 249. f. probe in Italia descriptus, rubricis distinctus et prius *Bibliothecae Civicae Vindob.* complectitur I. *L. Caecil. Firm. Lactantii Libros VII. Divinar. Institutionum* a nobis saepius utroque *Vol.* indicatos, quorum Primus incipit: *Magno et excellenti ingenio uiri &c.* Adcuratum est non ab uno Exemplar; plures enim manus distinguas, quae in marginibus Argumenta, Lemmata, Notulas adjecere. Una earum variam etiam Lessionem subfecit, non semper observatam *Parisinis* quoque *Lactantii* 1748. Editoribus. Ita in *Praef.* ubi habetur: *cogitatio assequeretur humana*, addit: al. *cognitio.* Item: *ob instam sibi austeritatem*, al. *auctoritatem.* Cap. V. *φαντα* apparentem nominat, al. *illuminatorem.* Item *concupere animo*, al. *conspicere.* Item *praestantissimam potestatem*, al. *potentem.* Item *eguerit auctore*, al. *genuerit auctorem.* Item *infusa per artus*, al. *effusa.* et sic ulterius plura, quorum quaedam expendi merentur. Ad calcem adjecta sunt honorifica *Lactantio* testimonia *Hieronymi*, *Augustini*, et *Laureati de Officio Religiosorum*, cujus postremi locum exscribo: *Lactantius firmianus et ipse uir magnus in eo libro, quo gentilium erroribus exarmatis fidem nostram, quantum quiuit, armavit, omnemque hanc deorum scenam mirabili et laudabili curiositate detexit. In eo opere Augustino et alijs sequentibus*